

TAUTOLOGIA SEXTA.

OMNIS FRATER SUPPLANTANS

supplantabit. Ierem. cap. 9. v. 4.

EXPOSITIO LITTERÆ.

a. Mach.
n. 1.

HUIC prorsum sententiæ (cuius argumento, qui debet esse frater, agit sine charitate perperam) opponitur alia, qua dicitur: *Fratrius pacem bonam*. Utraque de fratribus loquitur, & quoad cordium pacem, & quoad diffentionum pestem. Vox *Frater* accipitur (ut præmissimus, *Tom. 7. T. 1. n. 42.* pro coniunctione ex sanguine, cognatione, genere, similitudine, amore, religione, demumque civilitate: simul igitur unâ hic exponemus pacem falsam & pacem bonam; ut constet unde fratres verè fratres, vel decoro fraternitatis velamine lachrymabiles hostes: etenim nonnumquam in supplantationem insidiosa perfidia; ubi in pacem non aspirant dulci animorum concordia. Concordia supponitur, ubi pax stabilitur: concordia ergo si non sit, numquam potest esse pax. Concordia importat unionem appetituum diversorum appetentium: hanc pax includit, sed in bonitatem addit unionem eisdem appetentis ultra unionem diversorum appetituum ac diversorum appetentium eiusdem appetibilis. Vid. D. Thom. 2. 2. quest. 29. artic. 1. Nomen fraternitatis est amicitia nomen. *Epistolas de innovatione fraternitatis nostre*: dicitur. 1. Machab. 12. 17. Signant animorum unionem, exponentes solummodò fraternitatem: equidem non mirum, quòd una voluntas, ubi inter fratres invenitur fraternitas. *Fraternitatem* & *amicitiam* prænuntiat ibid. v. 10. per Hendiadym: hoc est amicam fraternitatem. Sæpe quod supponitur, in animis nequaquam invenitur: & utriusque in pacis monumentum sit memoria; quippequàm fraternitas sæpe sæpius sine amicitia. Ovid. 1. de *Remed.* v. 45.

Discrimen
concordiæ,
& pacis.

Hendiadys.

Ovid.

*Terra salutiferas herbas, eademque nocentes
Nutrit, & urtica proxima sæpe rose est.*

Fides in
amicitia un
de fluxa:

2. Taxat in Græcis, quorum fides semper fluxa, & quoniam versa, perversa; Maxima. Tyrius. *Amicitia nomine amicitia à multis Atheniensium celebrata* (in *hæc form.* 36.) *Post eam utilitas nulla ex amicitijs universis Atticis emerit*: verum suppurata omnes, patres, insidiaeque fuerant, exese scilicet ab invidia, ira, stultitia, avaritia, ambitione. Si reliquam Græciam recensere volueris: magnam invenias copiam tristium narrationum: hominem homini, civitatem civitati, genus generi adversum, contubernales hostiliter se invicem petentes: eos scilicet, qui eodem Sole & solo uterentur, eodem aethere, eadem lege, eandem terram pascerentur, eisdem vescerentur fructibus, eadem sacrificia peragerent, iidem unisque manibus clauderentur, civitatem unam incoherenter. Quos omnes modò invicem pugnare, modò fœdera percutere, modò iurare, modò pœnare, modò componere, modò convenientes, modò dissentientes licet intueri, minimis scilicet ex causis ad excitandam iram, perturbationemque inducendam; ut si concava navi sabulum, vel aliud firmamenti genus detraxeris, eam continuo ad levissimos undarum ictus versatillam reddas. Qui latent mundum, tanta est discordia fratrum.

Mar. Tyr.

Ovid.

Tacit.

Paulina.
Nocent ge
niti discali
commoda
pacis.

Ut canit Ovid. 1. *Metamorph.* fab. 2. Si invicem mordetis, videte ne ab invicem consumamini. *Dum singulari pugnant, universi vincuntur*. Tacit. in *Vit. Agricol.* cap. 12. Nonnulli propria damna haud reputant, modò noceant. Unde ut accinit Paulina. de *statu Respubl.* v. 24.

— *Virtus agitata domi, & socialibus armis.*
Rumpuntur pace, ac florent faulte, viventes in damnum discordiâ conformi; ad cuius molimina, quando absistit, genij discolori. Opportune Manil. lib. 4. *Astron.* cap. 1. à v. 222.

— *Ipsa sub armis pax agitur.*

Atque hostem sibi quisque patat, cum bella quiescunt.
Sunt quibus & simulacra placent, & ludus in armis:
Tantus amor pugne est, discunt, ut per otia bellum,
Et quodcumque pari studium producitur arte.

Manil.

Conditio tu
bilentis.
Seneca

Utinam falsa! Verum cum Stoico docet in lachrymas experientia. Nulli nisi ex alterius damno quæstus est (de quo vulnerati questus, ut ait 2. de *ira*, c. 8.) Felicem oderunt, infelicem contemnunt: maiore gravantur, minori graves sunt. Diversis simulantur cupiditatibus: omnia ob levem cupiditatem prædant cupiunt. Non alia, quàm in ludo gladiatorio vita est, cum eisdem viventium, pugnantiumque. Ferarum iste conventus est; nisi quod ille inter se placide sunt, morsuque similibus abstinent, hi mutua laceratione satiantur. En speculum malignorum, ut non sit simplex simplicitas columbarum.

3. Videtur mihi horum huiusmodi articulus barbaries Thracum. De illis refert Iul. Cæsar *Bulenger.* lib. 3. de *Conviv.* cap. 29. *Convivæ inter vina per iocum nesciebant videri de trabe, quem supposito scanno, collo aciebant: manu falciculam, aut cultellum suspendendum tenebat. Subtraherebat scannum: si bis qui de trabe penebat scinter & prope re nodum cultello abscideret, consuebat vita sua: si esset tardior & hebetior sæpe strangulabatur, & ceteri mortem risui habebant.* Lamentabilis exitus, dysscolis risus & risus, cupientibus videre suspensum, cum quo sumebant ad speciem unanimitè cibum. Non ita in amicitia larvam, sed *Fratrius pacem bonam*. Hæc forma specialis salutationis; quippe inter Orientales communis præcatio expressa salutis: 1. *Manil.* Usquequaque: hic in optata pace additur *Bona*, id est, bona pacis; igitur sine illa nullum bonum, & cum illa bona cuncta. Hæc res privatas, publicas, universorum ordinem, salutem, dignitatem, honorem, tranquillitatem vitæ atque fortunam serenè constituit, in altiora evehit, & firmidine perenniter in iucunditatem statuit. *Lucret.* 1. de *Rer. natur.* à v. 22. modulatur:

*Que quoniam verum naturam sola gubernas;
Nec sine te quoquam dies in luminis oras
Exoritur, neque sit latum, neque amabile quicquam;
Te sociam studio scribendis versibus esse:
Nam tu sola potes tranquillâ pace iuvare.*

Rulenger:
Ex amno
altius dyl
collis risus.

Ubi sup.

Bona pacis

Lucret.

4. Hæc Tautologia ex his est, quæ sunt expressione suppositi necessarij, de quibus sæpe egimus, e.g. *Lucæ splendida, Lactatus uberibus, Desurata auro, Gemmas pretiosas, & his similia.* Hic itaque bona dicitur pax; quia ut eius pretiositas estimatione intensivè & extensivè dicitur; pro complacentia, alijs & alijs exprimitur, quod supponitur. Eisdem terminis apud *Homer.* 7. *Odyss.* v. 182. *Concordiam bonam*: ex quo in *Panegy.* *Auson.* *Bona sollicitat pax.* Ita ab effectu, ab animo, à presentia, & iuxta conditiones pacis, virtutis ac dignitatis, illius designantur amabiles expressiones. *Lucret.* d. & lib. 2. v. 1093. *Tranquilla pectore pace.* *Virgil.* 8. *Æneid.* v. 325. *Placidâ populus in pace regebat.* *Senec.* in *Thyest.* v. 565. *Pax quieta.* in *Troad.* v. 323. *Alta pax.* *Lucan.* 2. *Pharsal.* v. 348. *Cur tuta in pace relinquar?* *Stat.* 3. *Thebaid.* v. 349. *Mœnia manent in pace serene.* *Iovian.* *Pontan.* in *Uran.* 1. *Pax læta sequatur.* *Politian.* in *Nutrit.* v. 300. *Pax aurea vultu.* *Maffæus Epigram.* 70. *Felici pace regebat.* *Pamphil.* *Saxo.* *Amicâ pace.* *Corneil.* *Gall.* *Pax sancta.* *Andrelin.* *Distib.* 90. *Pax alma, beata, Augurel.* *Miti pace dulci.* *Bapt.* *Pius:* *Pax sit genialis amore.* *Philolph.* *Amœnâ pace potiri.* *Mantuan.* de *Pace*, v. 17. *Syncrâ pace gaudere.* Demum *Quintian.* *Sidereæ pace.* Cuncta dicuntur in *Pace bona*, quippe cuncta bona pacis: etenim ubi vota exprimitur fratres optatæ salutis, precantur sola in pace cum cunctis bonis. D. Thom. in *Isai.* 42. *Pax plena*: ex pace quidem fratrum, sanquam plenitudo bonorum: igitur ut ait *Seneca* in *Hercul. furent.* v. 29.

*Non sit abibunt odia: vivaces aget
Violentus iras animus, & servus dolor
Aterna bella, pace sublatâ, geret.*

5. Haud irregularis cogitatio pro pacis cumulo. *Ibid.* 3. 1. *Civitas sancta in omni pace*: hoc est, omnimoda, & undiquè; quæ quidem lib. 1. cap. 13. 37. dicitur *Pax magna*: in illa ergo nil quibat desiderari; quippequàm in omni plenitudine. *Quærit aliquid supra summum?* Erras (inquit *Seneca* de *Vita beat.* cap. 9.) *Interrogas, quid petam ex virtute?* Ipsam. Nihil enim est melius: ipsa pretium sui est. *At hoc parum magnum est?* Cum tibi dicam *Summum bonum est, in fragilis animi vigor, & providentia, & sublimitas, & sanctitas, & libertas, concordia & decor.* *Aliquid etiamnum exigit maius?* Non. *Tom. VII. Taut.*

Epitheta ac
fructus pacis

D. homo

Seneca

a. Machabij
1.

Pax omnis
pro pace ma
gna & om
nigena,
idem.

minis bonum quero. Hæc est pax omnimoda & abundantia pacis; ut homo, iuxta Lucet. 2. d. v. 647.

Lucet.

Immortali ævo summa cum pace fruatur.

Ultra summum non est ultra. Deus pacis amor est. Ibi quies, serenitas, tranquillitas, suavitas, voluptas, amicitia, gratia & cætera bona; ut in pace sint omnia & omnia summa. Qua de causa Vatabl. legit: Felicem tranquillitatem. Haud alio intuitu dictum ab Angelis: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus. Hominibus pax in terra, idem quod in celo gloria. Succinit Boetius, 2. de Consolat. Philosoph. Metr. 8. à v. 15.

Euc. 2. 14.

Cælo imperitat Amor.

Hic si fræna remisit,

Quicquid nunc amat invicem;

Bellum continuè geret:

Et quam nunc sociâ fide,

Pulchris motibus incitant,

Certans solvere machinam;

Hic sancto populos quoque

Iunctos fœdere continet:

Hic fides etiam sua

Dicitur iura sodalibus.

O felix hominum genus,

Si vestros animos amor

Quo cælum regitur, regat!

Boet.

6 Interdum summitas pacis delicatur hyperbolice, synonymicè, vel exergasice, ut cum dicitur Pax amica: Silius Italic. 17. de Bell. Punic. v. 215. Quare pro intima amorum pace signat Beda ferm. Omn. SS. Unitam pacem. Ovid. d. Concordiæ pace ligavit; tuncque pax pro unanimitate sumitur, cum cor unum in animo singulorum. Claudian. de Bello Gitaon. à v. 4.

Hyperbole, Synonymia & Exergasice.

Conspirant gemini frænâ communibus orbes.

Plena redit concordiam fratrum.

Claudian.

Plin. lib. 35. cap. 11. Amicitiam & concordiam. Idem Æschil. in Prometh. v. 189. Virgil. 7. Æneid. v. 546.

Die in amicitiam cocant, & fœdera iungant.

Virgil.

Plaut. in Curcul. Act. 2. scen. 2. v. 14. Concorditer congruunt: & cum hebraizet multoties, ut legenti constabit, & placet Taubma. in Mostellar. 1. 3. v. 28. subdit in Pseudol. 5. 1. v. 19. Amicissimam amicitiam. in Persa, 2. 3. Amico amiciter: idest necessitudine intimo. Quod quidem exprimitur 1. Mach. 12. 8. Significabatur de societate & amicitia. Usurpatur aliquando pro quiete, ut sæpe in Scriptura dicitur: Vade in pace. Lucan. 2. v. 650. Patiens pacis, longaque quietis. Interdum pro gratia. Psalm. 84. 11. Iustitia & pax osculata sunt. Virgil. d. 4. v. 56. & 10. v. 31. Pacemque per aras exquirunt. Si sine pace vestra. Etiam pro pacto metonymicè sufficitur nomen pacis. Psalm. 121. 6. Que ad pacem sunt Ierusalem. Prov. 12. 20. Qui pacis incunt consilia: & 1. Mach. 6. 49. Fecit pacem cum his qui erant Bethsura. Plaut. in Persa, Act. 5. scen. 1. v. 1. Hostibus vitæ, civibus salvis pacibus perfectis. Varro de Lingua Latin. 2. Constituitur paces. Quandoque similiter pro pacis perpetuitate. Unde Dionys. de Divin. nomin. cap. 11. ibique D. Thom. inquit: De ratione pacis stabilitas. Boet. d. v. 1.

Pax pro quiete gratia & fœderis.

Pro eius firmitate.

Boet.

Mundus stabili fide

Concordes variat vices;

Quoddâ pugnancia fœmina

Fœdus perpetuum tenent.

Ita perpetuitate.

7 Ita ergo à Paulo dicitur, 2. Thessal. 3. 16. Pax sempiterna, quæ absolute perfectæque bona; quippe ex se bona, & melior quia sempiterna. Eapropter phrasi Hebræicâ Pax pro omni felicitate intelligitur. Græcè, Holoocleria, idest, syllema, in quo cuncta seculunda, & omni conditione felicia sine ulla adversitate, merore ac cordolio; imò sine seculorum metu. Hinc pax bona, cum qua serenitas mentis, simplicitas cordis, tranquillitas animi, amoris vinculum, & charitatis consortium. Quid prodest bene vivere, si non datur bene vivere semper? Homines (subdit Maxim. Tyrius) momentaneas incunt paces, amorum triginta quietem languidam, neque omnino tutam à malis, eamque tandem duraturam; quandiu novus incidens prætextus belli susque deque cuncta permisceat. Quamvis

Pro omni felicitate.

Max. Tyr.

vis depositis armis otium amplectatur, aliud nihilominus de integro bellum animum corumpit & vastat. Prudentius Psychomach. v. 826.

Ergo cavete viri, ne sit sententia discors

Sensibus in vestris, nec secta exotica rectis

Nascentibus consilia odijs; quia scissa voluntas

Confundit varijs arcana biforma fibris.

Quod sapimus coniungat amor: quod visimus, uno

Conspiret studio: nihil dissociabile firmum.

Sic ergo sollicitur concordia in pacis firmitatem; siquidem cum concordia pax perpetua. Qua propter, Ut sunt humana, nihil est perpetuum datum (iuxta Plaut. in Cistellar. Act. 1. scen. 3. v. 46.) erit pax, sed pax non bona specie dumtaxat pacis; ni consensus multorum sit unus perpetui vinculo amoris. Concordia proprie est ad alterum, utpote diversorum cordium voluntas simul in unum conveniens: igitur pax removetur discordia; & ut sit bona, cordium apponitur convenientia. Appositè Doctor Angelicus in 3. distinct. 27. quæst. 2. art. 1. ad 6. Pax (inquit) magis dicitur quantum ad remotionem discordiæ, quam quantum ad unionem: e contra concordia.

8 Augustin. 19. de Civit. cap. 13. latè loquitur de pace, quæ quidem est quies in motu appetitus, variatâ materiâ pro conditione status. Pax itaque corporis (ait) est ordinata temperatura partium. Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis, ordinata cognitionis actionisque consensus. Pax corporis & animæ, ordinata vita & salus animantia. Pax hominis mortalis & Dei immortalis, ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium. Pax celestis civitatis, ordinatissima & concordissima societas fruenti Deo, & invicem in Deo. Pax omnium rerum tranquillitas orationis: oratio enim est pariterque dispariunque rerum, sua cuique loca tribuens dispositio. Hunc ordinem in cunctis Paulus optat, & habitum laudat. 1. Cor. 14. 40. Coloss. 2. 5. In præsentem igitur Tautologia, iuxta argumenti & temporis circumstantias, cogitare per bonitatem pacis, indicari observantiam lætæ legis. Epistolæ artificulus de religione est, ut fructa maneret optata pax. Tempus, quo multi extra Ierusalem & terram sanctam, Ægypti habitabant terram, quasi immemores sacrorum rituum, haud studiosi annuarum Synagogæ festivitarum: bonamque fratres fratibus præcitant pacem, indicantes observari religionem; & quia sine religione inter fratres non est pax, & quia sine pacis consortio nulla inter fratres religio. Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum. Hæc est pax bona, idest, vera. Revelabo illis deprecationem pacis & veritatis: pacis scilicet veræ, per Hendiadym. Non pax bona sine Dei amicitia. Ubi concors in vitia sine specie religionis inter fratres pravum cor; pax, pax; verum non est pax. Non est pax impijs. Itai. 48. 22. Miseri, in quantum miseri, utique in pace non sunt: subdit Augustin. d. Si deest commotio adversantium, contendunt secum. Videsis quid motu de se dicant Heterodoxi apud Stanis. Rescium in Ministrum. Cum tanto criminum pondere, quis poterit pacem pati? Gravis exitum pax: succinit Paulin. d. v. 57. Impij haud noscent, & doloribus lætantur, atque laboribus quiescent. Lucan. d. lib. 9. v. 889.

Prudent.

Plant.

Respectus est cordis & pacis. D. Thom.

August. Quæ pax est ordo veritatis.

Bonitas pacis pro objecto virtutis religio.

Hendiadys.

Augustin. Pax peccata tum nulla.

Lucan.

Docent magnos nil posse dolores.

Vix miseri serum tanto laxata periclo.

9 Substituit animo iocus Augusti. Relata ad se magnitudine aris alieni, quam quidem eques Romanus (refert Macro. 2. Saturnal. cap. 4.) dum vixit, excedentem ducentis HS. celaverat; culcitram enim cubicularem in eius auctione sibi iussit. Proceptum mirantibus hanc rationem reddidit: Habenda est ad somnum culcitra, in qua ille, cum tantum deberet, dormire potuit. Habet conscientiam cauteriatam improbus, & cauterio non est sensus. Dormit sicut oryx illaqueatus: quod alijs stimulus, illi lætulus: at vel sicine quiescent non est pax. Non est vera pax, exterior concordia; quantumcumque tranquilla & ordinata (inquit Caetan. in Ioann. 14. 27.) Non est vera pax, nisi interna; qua Intus omnibus actionibus & passionibus rectè dispositis, inferiora animi concordant superioribus; superiora autem cum Deo. Sunt enim criminosi conformes;

Sub leges pacis iniqua.

Ut accinit Virgil. 4. Æneid. v. 618. Quæ inter bonos amicitia, inter malos factio est: dicit Salustius, Bell. Jugurth. in Orat. C. Memmij. Est enim peccatorum concordia, qui grex scelerum (vivide apud Nostras: Gavillo) quorum in conventionibus meminit sapiens, illorum cogitationes referens, ut pravarietur innocens. Veni nobiscum, insidiamur sanguini.

Tom. III. Taut.

Pp a

ni

13

Ierem 9.4

Machiabelli
fusus floret
tempanita
perfidia.

Non omni
pro nulli.

Plaut.

Ingenium
et artes per
fidi.

Idem.

Max. Tyr.

Plutarch.

Plaut.

Quam inti-
mum cul-
mu, a fra-
tre doluit

Ovid.

Plaut.
Prima ex-
positio.

Sic animum dira trepidum formidine culpæ
Confirmant. Tunc se sacra ad delubra vocantem
Præcedit, trahere imo ultrò, ac vexare paratus,
Nam cum magna mala superest audacia cause,
Creditor a multis fiducia. Minum agit ille.

In nostra Tautologia, qua constat frater supplantatione supplantatus a fratre; introspectio speculum practici Machiabelissimi, seu pollices inferni, qua florent vitia, ac sepeliuntur circumventionibus merita. Haud cognoscitur venturum sibi damnam, dum proximorum moluntur: igitur in Republica si florida seges huiusmodi moram; propè in ianuis exterminium. Contigit Hebræis, in quos tota detonuit procella calamitatis. Sibi videbantur prudentiores, dolis conceptis, dum imminet cervicibus iugum captivitatatis. Unde Propheta, ne frater tantum experiretur malum, fucis a fratre molitum; singulis dicit a Domino, qui seratur corda: Unusquisque se a proximo suo custodiat, & in omni (pro Nullo) fratre suo non habeat fiduciam; quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulentè incedet: & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendaciam: ut inique agerent, laboraverunt. Habitatio in medio doli. En Machiabelismus, & schola fillorum tæculi, prudentiorum filijs lucis; cum enim illorum flagitia manerentur, præmissisque horum splendore (potius propudio) potantur; gloriantur de iniquitatibus, quasi præclaris virtutibus. Describit saltum Plautus in *Afinar*. Act. 3. scen. 2. à v. 1.

Perfidia laudes, gratiasque habemus merito magnas,
Cum nostris sycophantijs, dolis, astutisque,
Ear nunc legiones, copias, exercitusque eorum,
Pugnando periretis nostris, cuge potiti.

14 Ut placare possent Deum flagitijs frementem, & captivitatem minitantem; stude re ius erat virtutibus, sed tantum fratrum inhiabant criminationibus; ita ut nec fratri possit credi, nec amico sine cautione confidi; quippe tunc præparata perfidia studiosa molimina: & ne comprehendantur perductiones in superbia; in ampliore perfidiam specie veritatis, sine veritatis specie disponunt arte colores. Dicit apud eundem impostor, teterrimus veterator, in *Pseudol*. Act. 2. scen. 1. à v. 4.

Ego in meo pectore prius ita paravi
Copias duplices, triplices, dolos, perfidias;
Ut ubicunque congregiar, malorum meorum
Fretus virtute, inastria, malitia, fraudulentia,
Facile vincam perduellis meis perfidijs.

Eugepe! Adulatorum videlicet examina, choreæque ridendum, atque ex ore pendendum suo, te palpantium, ac summis tantum labijs proferentium anorem (subdit Maxim. Tyrius, d.) quos nequaquam benevolentia ducat, sed emolumentum speratum, qui mercedem magis, quam amicitiam sequantur; a quibus frustra caveris malum, donec amicitiam crediderint in retributione consistere. Cadit causa, verum frons petulantè aperta. Non solum videri esse quod non sit (inquit Plutarch. in *Herodot.*) extrema est iniustitia; verum etiam summa specimen improbitatis, candoris specie & ingenuitatis sel suum maxime tegere. Lucet fides aliquando servata, ut in amplioribus dominetur perfidia: ruptisque repagulis iuris, ubi exploratur commoditas; nihil reputetur nefas. Ita iudicibus corruptis, Principibus infatuatis, perfidus summè honoratur, & perfidus non cognoscitur; Innuit etiam Plaut. in *Trinum*. Act. 4. scen. 3. à v. 25.

Nunc mores nihil faciunt. Quod licet, nisi quod lubet?
Ambitio iam more sancta est: liber est a legibus.
Petere honorem pro flagitio, more sit.

Quorsum merita, ubi honoribus sit compendium studiosa perfidia?

15 Cordolum acerbius exprimitur in sententia Tautologia: etenim si doler supplantatio, si acrius callide & astute; nil plus, quam decipi a fratre. Perfidus fruatur gloria ex fratris ruina: hieque cogitans fratrem, invenit inestissimum hostem.

Conventens homini est, hominem serbare voluptas;
Et melius nulla queritur arte favor.

Accinit Ovidius, 3. *Trist.* Eleg. 3. v. 11. Lupus est homo homini, cum qualis sit non novit: ait Plautus in *Afinar*. Act. 2. scen. 4. v. 88. Periculosum sane; esse amicum, quibus ipse non est: sed molitur perfidiosè malitià, quomodo amicus corrumpit ex equidantia; quan-

quoque circumventio ruit, quia hominem novit, simulque similitatem ignoravit: invenit enim lupum satis truculentum, quem iudicavit amicum. Vigilanter dicitur illius habitatio in medio doli. Dolis perfidus vallatus, quippe in medio doli situs. Homo intus latet: amicus amicum querit: unde cum circumcirca gyret fallacia, ac circumdet fraudulentia: prius undique occurrit dolus, quam occurrat homo inclusus. *Germana soror non credit forori*. Plaut. in *Trucul*. Act. 2. scen. 4. v. 84. Nulla fides strictior vinculo necessitudinis? Non est fides: cautèque admittitur, ne supplantatione a germana sorore supplantetur. Perfidiam fugit fides in corde fororis: igitur habet sedem, ubi acriorem amor collocat necessitudinem.

Fratrum quoque gratia rara est.

Ait Ovidius, 1. *Metamorph.* fab. 4. Nonnumquam timendus dolus, sed maius periculum in fallis fratribus. Clamant Atrei mensæ, credulo fratre:

Nimis diu convivæ securò tacet,
Hilarique vultu. Iam satis mensis datum est.
Sobrio tanta ad mala opus est Thyeste.
Libet videre capita natozum intuenti,
Quos det colores, verba que primus dolor
Effundat, aut ut spiritu expulso stupens
Corpus rigeat.

Succinit Senec. in *Thyest.* à v. 891. Tu lege alia. In tot infortunia, fratris deduxit Thyestem credita benevolentia; quippe in fratre aut cogitata perfidia, quæ quidem maior, quam in hoste, quoniam in fratre. Unusquisque se a proximo suo custodiat: nullus in fratre fiduciam habeat: etenim vel Argus cæcutit, ubi in fratre perfidia nequaquam dormit. Plaut. in *Captiv.* Act. 2. scen. 2. v. 5.

Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, dum etiam cavet:
Etiam cum cavisse ratus, sape is cautor captus est.

16 Hoc intenditur in geminatione supplantationis. Supplantatio ex se indicat simpliciter dolum ex industria in malum alterius: at illi addita supplantatione, est dolus ex confidentia amicitia; sicut proditio Iudæ, qui fidei ostentans speciem, super magistrum & talem magnificavit perfidus supplantationem. Hinc non de proditioe sed de perfidia queritur ipsa patientia. Tu verò (Tu emphaticum est) homo unanimis aux metus, & notus meus: qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulavimus cum consensu. Quid? Nec sunt verba, quibus notescat perfidia. Maluend. hic: Sed tu homo fidei assistio mea, collega & note mi, vir ordinis mei, secundum orationem meam, cui secreta mea suaviter credidi, mihi acerbissimè familiaritate coniunctus. Cracius etiam succinit:

Cruda nunc infert homo notus arma,
Particeps mentis, lavis atque mensæ,
Sape qui mecum comes in Tomantis
Venerat adem.

Frater enim supplantavit & supplantatione officijs perfidie: etenim non acrior in dolorem supplantatio; sed quod supplantans amicum traderet oculo. Senec. quo dudum, vers. 219.

Fas est in illo quicquid in fratre nefas.
Quid enim reliquit crimine intactum?
Ubi scelere pepercit? Fraude turbavit domum.

17 Fluxa vides, violatio, prævaricatio, transgressio, fraudulentia, sycophantia, imò holopantia, mendacium, astus, strophæ, techna, affantia, vertuturia, fatela, vassities, calliditas, argucia, fallacia, panurgia, circumventio; malitia, malignitas, atque calumnia, quasi genera sunt, sub quibus fraus & dolus: de quo DD. Scholasticè cum D. Thom. 2. 2. quæst. 55. Iuxta Cicer. 3. *Officior.* & Bisciol. Tom. 1. *Horar. Subst.* lib. 18. cap. 11. dicitur *Stulta calliditas perverse incitata prudentia runde versuti, obscuri, astuti, fallaces, malirosi, callidi, veteratores, vafri nominantur.* Iuxta Angel. D. loc. cit. art. 4. altitua viget in cogitatione doli, dolus verò in executione astutia: totumque fraus, quippe circumventio; ut ait Paulus, Ephes. 4. 14. In nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Lucand. lib. 3. v. 71. Agmina pacis habentia vultum. Virg. 4. *Æneid.* v. 675. Me fraude petebas. Et 6. v. 609. Es fraus innexa clienti. Tertullian. de *Iudicio Domin.* cap. 10. v. 44. Si mente parum versatus amica. Modò intelligitur supplantatio supplantatione & a fratre: quæ quidem vox geminatur; quia simpliciter, sat perfidie tur-

Vers. 6.
Maior fallacia, ubi strictior confidentia.
Plaut.

Ovid.

Senecæ
Gaudium perfidii ex animi dolore.

Plaut.

Emphaticè.
Pl. 54. 219

Maluend.

Cracius.

Secundè expositio.

Seneca.

Prudentia stulta ubi in fallacia prudentia.
Cicer.

In perfidiam quid astutia & dolus?
Tertia expositio.

Græc.
Oraculum
ambiguum.
P. s. i. a. Per
farum
Herodot.
Sequitur à
tergo Neme-
si.
Lucret.
Qua pax
composita.
S. Bened.
Bugnot.
Propert.
Sophocl.
Prudent.
Hieronym.
Ovid.
Stecutor fal-
lacia, ex fra-
terna confi-
dentia.

nunciabo tibi; ita ut ego adducam te per mediam Ierusalem (decollatum scilicet) quoniam hæc mihi dicta per providentiam Dei. 11. à 15. Scipium Holofernes imaginariè blanditus fefellit, & Judith ad illum venit, ut sese sine intelligentia falleret. Audi ex Græcia quàm ambiguum verbum & amphibologicum ibid. v. 13. *Misit me Deus ad te, ut faciam quàm negotium, super quæ obstupescet omnis terra: quicumque audiverit hæc. Quid obsecutus? At in exitu quid clarius? Quidam Athæus, sed specie religiosus, ut Appolini irrideret, Delphis consuluit: An inveniret equum? Non amiserat. Respondit Pythia: Cras inventus. Poltridie, cum Oraculum rississet, & amicis Iulium nunciasset; ab hoste comprehensus, è caute, quæ Equus dicebatur, præceps demittitur, cognoscens exitu mortis, tantæ cavillationis veritatem. Risit Græcia, quod iam riserat in Holoferne Bethulia.*

27 Persæ Barcen in Cyrene obsederant, quam vi capere nequibant. Cum multum temporis contrivissent (ait Herodotus, lib. 4. n. 51.) Amasis dux pediatatus talem rem commentus est. Animadvertens Barceos, vi non posse superari, sed dolo; ut am fassam per noctem depresso, eique fragilia super stravit ligna, & super ea humum induxit, Barceos in colloquium evocans. Illi libenter obtemperavere; quod eis cordi erat, ad pacationem devenire. Pacationem autem in banc formam interunt, ferientes fœdus super illam occultam fassam; ut quoad humum ea ita se haberet, tandiù fœdus in ea regione ratum foret, Barceos quod æquum foret se per suos Regi & Persis, nihil rerum novarum adversus Barceos se molituros promittentibus, Barceat acinde fœderibus freti, & ipsi ex urbe prodibant, & ex vestibus, quicumque libebat, intrandi urbem faciebant potestatem, patefaciis omnibus portis. At Persæ resisso ponte occultò in urbem proruperunt: ideoque pontem quem fecerant, residerunt; ut fœdus solverent, quod cum Barceis percusserant, tandiù ratum fore fœdus, quandiù maneret terra, ut tunc manebat, refractò enim ponte, non manere fœdus in ea regione amplius. Unde Perretina traditis sibi à Persis Barceos, sudibus suffixit per ambitum murorum. Quid mirum, si regnum caderet, quod fraude ac perfidia fletit? Lucret. d. 5. à v. 1149.

Circumretit enim vis, atque iniuria quemque; Atque unde exorta est, ad eum plerumque revertit; Nec facile est, placidam ac pacatam degere vitam, Qui violat factis communia fœdera pacis. Etsi fallit enim Divum genus, humanumque; Perpetuò tamen id fore clam, diffidere debet.

28 Huiusmodi subdolo fœdere pax dicitur Pax composita, non compositio in pacem: quæ quidem est pax falsa; cuius osor Gloriosus Benedictus, Regul. Sanct. cap. 4. instrum. 25. ait *Pacem falsam non dare.* Bugnotius hic:

Cordeque syncerus fuge falsam tradere pacem; Ardeat in casto pectore purus amor.

Pax composita, dum perfidus insidiatur, ut rapiat pauperem (afflictum) rapere pauperem, dum sutela atrahit eum. *Composita pace fefellit amor.* Propert. 2. Eleg. 2. v. 2. Est enim blande, iuxta Sophocl. in *Electra*, v. 199.

Dolus consulens, & amor interficiens. Gravem graviter preparans figuram.

Loquitur enim versipellis pacem cum proximo suo, sed mala sunt in corde scelerato. Moliti sermones super oleum; & ipsi sunt jacula; habetque pro gloria, quòd vel ipsi barbaris ignominia. Prudent. *Psychomach.* v. 856.

Penmatum tenera plumarum veste colubrum Rimante ingenio doctè internoscere mistum Innocuis avibus: læcet & lupus ore cruento Latæolam mentitus ovem sub vellere molli. Cruda per agninos exercens funera ritibus.

Hæc ne Pax? Falsum ne vulpintum cor. *Confirmat sententiam suam Salvator* (infit Hieronym. in *Matth.* 18.) *& omnem simulationem fœdæ pacis evertit:* quippe sine cordis simplicitate, Pax, pax; verum non est pax: dedecus profectò rationis, pectore venenato & in similitudinem serpentis. Ovid. *Epist.* 2. v. 63.

Fallere crudentem non est operosa puellam Gloria: simplicitas digna favore fuit.

29 His ergo propudiosis, quasi egregijs artibus student bipedes; intuitu commoditatis: & quam technis & lycophantijs sint plena fora, suffarcinata pectora. Eapropter cum ingenuis sit difficile, in fratre veteratorem prænoscere; imò malicia, panurgicè cogitare (quip-

quippe facies dum aperitur, absconditur, & nisi malus, malum de fratre non suspicatur) perduellis ex confidentia perfidiam efformat, atque frater fratrem supplantando supplantat. *Ipsis acquiescentibus pacisque causâ nihil suspectum habentibus, cum in altum processissent, summerserunt.* 2. Mach. 12. 4.

Gravior inimicus, qui latet sub pectore:

Subdit Publ. Syr. *Mim.* 140. *Corruptor vivit pacis, & ut altruit Tacit.* 16. *Annal.* cap. 32. *Emptus ad opprimendum amicum, habitu & ore ad exprimentam imaginem honesti exercitus; ceterum animo perfidiosus & subdolos:* de quo tamquam de Furia Virgil. 7. *Æneid.* à v. 335.

Tu potes unanimes armare in prælia fratres, Atque obis versare domos: tu verbera tecis Funereasque inferre faces: tibi nomina mille, Mille nocendi artes: secundam concute pectus, Dissice compositam pacem, fere crimina belli.

30 Quia ita fata femina, ne mutuo cadant subdola concordia; præmittit Deus cautionem, ut unusquisque se à proximo suo custodiat, & nemini fratrum fidat: equidem ni periculum perfidia cogitet, perfidæ cadet. *Sagitta vulnerans lingua: dolam locuta est: in ore pacem cum amico suo loquitur; & occultè ponit ei insidias.* Idem præmonuit apud Micheam, cuius verba fuscè expositi, Tom. 5. T. 1. D. 1. à v. 4.

Alma fides Dea magna obijt, Pietasque, Pudorque Cum Nemesi Charitas, Pax bona, nudus Amor. Spes Dea qua gentes falsâ dulcedine tantas Paseret, in terris sola relicta fuit.

Quare cum in ipsa amicitia sit maius discrimen per arctiorem, intimam, charam familiaritatem; ne locus sit callidiori perfidæ, Deus iubet caveri à fratre.

Facillimum est, amico iniuriam facere.

Accinit Plaut. in *Trinumm.* Act. 3. scen. 2. v. 4. igitur quia huius syncerus animus, alius est perdidus:

Cui tristia bella, Iræque, insidæ aque & crimina noxia cordis Tam sive facies tot pullulat atra colubris. Odit & ipse pater Pluton, caere sorores Tartareæ monstrum.

Præmittit Virgil. d. v. 325. Halicarnass. de perfido Suffectio, & de eius dolo, lib. 3. *Antiq. Roman.* num. 25. ait: *Multò enim hi peiores sunt aperti hostibus, & graviore digni supplicio: nam illorum & insidias facile est cavere, & congressos repellere hostilitate: amicorum verò facta hostilia, nec cavere facile, nec astu præventis repellere.* Maius sanequàm periculum in insidiatore occulto, quam in hoste manifesto. Unde telum indeclinabile perfidi cordis, sub prætextu sacro amplioris necessitudinis.

31 In Pleonasmò nostro indicatur summa à vastro innocentis sutelata circumventio: intentioque & extensio cordis pravi sub nomine amici. *Frater supplantans supplantabit.* Supplantat frater molimine doli, ut amicum seducat: supplantat dolo, ut subvertat: unde supplantatione supplantat; igitur subdole technis, diris blanditijs, nuditate operi cordis, fratrem seducendo subvertit; & subvertendo seduxit. Tertullian. d. cap. 5. v. 23.

Præconesque Dei (horrendum) sepe fugastis; Et fraus in vobis post crimen semper indæsit.

In *Supplantare* frans ostenditur. In *supplantans* continuatio fraudis. In *frater* occasio perfidæ. In verbo insinuat intentio: in participio actio: in nomine, prætextus amicitie: igitur supplantationi subdola non esset locus, ni in proprio dānum captus denu-daret pectus.

Ostentatores meri, confidentes, garruli & malacoli.

Ut ait Plaut. in *Curcul.* Act. 4. scen. 1. v. 15. & in *Autular.* 2. 2. v. 38. *Mala omni malitiâ. Malitia*, in supplantatione: mala, ex cordis putredine, & dolo perfidæ: & omni; quippe siquis amicum sinistrè dexteritate decipit, decipit quoad fieri potest. Varij modi atque voces eliguntur, seliguntur & excogitantur in fraudis potam; ut cordis explicit omnem & malam malitiam. Hebr. per adverbium: *Omninò plene supplantat.* Syr. per gerundium: *Frater supplantando supplantat.* Chald. *Omnis frater insidiando supplantat.* Item Gregor. Magn. in *lob. lib. 1. cap. 10. Insidiando supplantet.* Maluenda per infinitivam: *Calcaneare cal-*

Publ. Syr.
Tacit.
Virgil.
Ubi supra
à v. 3.
Theoga.
Aminabi-
li: perfidi.
Plaut.
Virgil.
Halicarn.
Expositio 4.
Cur addi-
tur gemina-
tio in sup-
plantatione
perfidia?
Tertullian.
Plaut.
Expositio 5.

Max. Tyr.

Sicut pax homines, inter fulvosque leones
Non est fida; lupis neque pax est mollibus agnis;

Ita etiam ad conciliandum hominem homini, facilis nequaquam est ductus, donec oculus in utilitatem feratur. Hic caspitat amicitia. Ambitio ingrata est: ait Senec. Epist. 73. Honor fratris obcecat. Hic etiam lapis erranti. Livore pectus tabescit. Numquam ni familiaritate amici: sese quarunt, nec alios inveniunt, quarentes se.

Plaut. Finis parcius utilis. raris.

Plaut. Antigoni larvata crudelitas.

Ioseph.

Lucan.

Calphurn. Que pax verat

Versiones.

Epilog. Anacurf.

Accinit Plaut. in Trucul. Act. 1. scen. 2. v. 70. Amator sese ambit in commodum, amicus pre fide amicum. Fraus in amico non cadit, individuum comes amatoris. Ubi nou est quod amet, amor fugit: verum si commodum odoratur ex calumnia; recipit fratrem fallacia, ut utilis sit perfidia. Osculando uliscar potissimum: dicit idem in Asinar. Act. 5. 2. v. 53. Dumtaxat perfidia ingenium ministrum doli quibat eligere osculum. Antigonus fasciato Phaselo; summis medicis, pro remedio venenum in vulnus misit: ait Ioseph. 14. Antiq. cap. 25. Hoccine subsidium fratris? Ne taceas, ne compescaris Deus. Ita queritur dolis, qui observandus frater in multitudine pacis? Fœdera, ut innuit Lucan. d. lib. 3. v. 327. non in supplantationes,

Telaque diversi prohibebunt spargere fratres.
Larvata pax supplantatio est; nequis supergrediatur, & circumveniat in negotio fratrem suum. Opportune Calphurn. Eclog. 1. à v. 52.

Omnia tartareo subigantur carcere bella.
Candida pax aderit, nec solum candida vultu,
Qualis sepe fuit, que libera Marte professo
Qua demito procul basse, tamen grassantibus armis,
Publica diffudit, tacito discordia ferro.
Omne procul vitium simulata cedere pacis
Iussit, & insanos clementia condidit enses.
Plena quies aderit.

36 En pax bona, exclusa supplantationis perfidia. Omnis frater supplantans supplantabit. Versiones in expositione sparvæ sunt, verum iuxta methodum apponam. Hebr. Omnino planè supplantat. Syr. Supplantando sapplantat. Chald. Insidiando supplantat. Arab. Insidiatè supplantat calcaneum. Maluend. Calcaneare calcaneabit. Hieronym. Supplantatione supplantabit. Casto. Illi cave supplantare. Denique Gaspar Sanct. Frater fratri molietur insidiari. Aliquid ergo dicendum ad mores, quippe pax multa diligentibus legem.

ADINATON EXEGETICUM.

1 Supplantans supplantabit. Quis? Mundus describitur, qui nonnumquam insidiator, & tanta subtilitate, quod supplantet etiam fide. Permanet circumventio, quousque doli sit cognitio: quousque vafritiem ostendat: meditanterque dicitur: Supplantatione supplantat; quippe si mundus à despicente cognoscitur, ipsa supplantatione in ludibrium supplantatur.
2 Supplantans supplantabit. Idest, astu decipiet, structa supplantatione, ut virtus eluceat etiam in latente veritate: supplantationemque in supplantatione Propheta designat; quia mendacium veritas absque ulla supplantatione supplantat.
3 Supplantans supplantabit diabolus, humanum fragile genus; ita ut Numem amicum non videret, quia crimen nubem opposuit: sed ille supplantans sine supplantatione supplantatus; ubi ingenio

charitatis divinum Numen est usus: cuius amor in hominem ita pectoris valide excitavit flammam; ut vel absentis demonstraret in dilectionem presentiam.
4 Supplantans supplantabit delicijs, ut cedant, tyrannus vaser, fideles. Laurentius propter pectoris invincibilem virtutem, supplantavit tyrannum supplantatorem: etenim tot peritum illecebrarum atque terroris insidijs; flectere nonquam valuit nec delicijs, nec tormentis.
5 Supplantans supplantabit. Notatur cordis perfidia, ubi ad speciem simulatur concordia: equidem maior in perniciem sensibilis supplantatio, sub amicitia speciosissimo titulo.
6 Supplantans supplantabit. An doli sine umbra supplantationis? Insidiæ notantur Veneris; quæ lactans fallit, atque delicijs seducit: igitur sub risu deceptus invenit fraudem; ubi numquam, qui deceptus, cogitat supplantationem.

DI-

DIDASCALIA PRIMA.

Qui mundo crucifixi, crucifiguntur à mundo.

1 Rdo crucifixionis est vertere terga cruci, & clavis mimine posse moveri: tuncque qui mundo crucifigitur, rectè vivit crucifixus; ubi ad mundum neque motus. Unde anima sancta apud Hæften. in Regia Crucivota, lib. 2. cap. 19. canit:

Crux mihi mîdus, ego crux illi: mortua vivo, Si libera corda, non fat vertere terga: adinstar cadaveris in veram crucifixionem, nec motus quidem. Mutus debet esse articulus; ut asserit Paulus: Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Scrutemur. Qui aliquem crucifigit, faciem ostendit: Paulusque non se dicit crucifixum à mundo, sed mundum esse crucifixum; ut ostenderet rædium: equidem eius cognoscens vafritiem, dignatur fallentis videre faciem. Non ausus crucifigere Paulum, dum iam vidit crucifixum: alioque exofos crucifigit, & aliquando prævalet: equidem cum illicium suave, delectabilium specie, & malimine corruent, si modò viderint:

Galat. 6. 14. Mandus nocet etiam visui.

Iacob. Bill. An tolog. 17. Doct.

Ynde in Monachis con ftes vera juga.

Senec.

Greg. Magu.

cognovit. An quia Sol? Prædicat ex radijs lux. Candidus in summo est, melior natura quod illic. Atheris est, terræque procul, contagia fugit. In mundo erat, & mundus cognovit eum, sed illum Benedictus non cognovit, nec vidit faciem. Eum quem quæsi in ingressu manat posuerat, retraxit pedem: ait Gregor. Magn. Præfat. in 2. Dialogor. Sic Benedictus, quem non cognoverat cognitus mundum fugit, atque recessit despexit. Quid est sic? Non respexit, ut despiceret. Ut perfectè despiceret, nec respexit: ne vanitatem mundum possideret aliquando; quod vel in despectum; videretur interdum à Benedicto. Dum proterit, semita in pedibus eius non apparebit. Nescius recedit, quippe oblivionis eius oblitus; nec memoria recordatus; & semita vel dum caleat, non apparet, dum mundum despicit; quoniam ne aspicere posset faciem, in despectum etiam reliquit renunciationem. Ubi intervenit renunciatio; videtur derelictum; abdicatum, dignum pretio. Pedemque Benedictus retrahit, quem quasi in mundi despectu in posuit; ne appateret ulla semita, in caleationis memoria: etenim ita sequentem despexit mundum; ut nec despectus appareret vestigium. Appositè quod dicitur à Paulo. Crucifixus erat mundo. Quid est in cruce, non potest calcare terram: crucique affixus obijcitur Benedictus, in mundi speriti memoriam; quippe ut perfectè calcaret; nec calcavit, quem etiam in despectum nec cognovit. Egregium, mundum despiciere; sed optimum non cognoscere, & sperat modò viderint pompam, quamvis vanifinam; redituros ad insaniam: etenim minime crucifixi vertere terga ad apparentem dulcedinem: modò vel per incuriam saltem converterint faciem: Inter peritura vivimus (inquit Senec. Epist. 91.) moriemur. Perit Mundus & perire desiderat cuncta secum. Agnoscamus periculum: & dum videri cupit eiusmodi basilicæ; nec respicere dignemur, ne pereamus.

Ut sua vesano membra labore premat, Nos videmur quidem (ait Dorotheus, quæst. 3.) nobis ipsis, mundum crucifixi esse; quia reliquimus eum & ad Monasterium diverimus. At nolumus nos mundo crucifigere. Adhuc enim in animo nostro vigent illius blanditiæ: adhuc eius affectum in nobis abscondimus, compatimur illius gloria, compatimur delicijs & voluptatibus, compatimur ornamentis & vestibus; & ob inanes res delabimur plerumque in pristinas cordis passiones: quod sanè non nisi ex amentia provenit. Monachi (quia insanus, mundo crucifixi) relinquunt mundum; sed illos vult crucifigere, quoniam ipsum relinquereunt; & sperat modò viderint pompam, quamvis vanifinam; redituros ad insaniam: etenim minime crucifixi vertere terga ad apparentem dulcedinem: modò vel per incuriam saltem converterint faciem: Inter peritura vivimus (inquit Senec. Epist. 91.) moriemur. Perit Mundus & perire desiderat cuncta secum. Agnoscamus periculum: & dum videri cupit eiusmodi basilicæ; nec respicere dignemur, ne pereamus.

2 Egregie renunciationis imitanda perfectio elucet in Benedicto. Recepsit nescius. Mundum, ut perfectè recederet, nec
Terraque procul contagia fugit.
3 Tigranes (ait Alexand. Neapol. lib. 1. cap. 1.)

Ovid. 15. Met. fab. 3.

In quo Benedicti mundi bœrica renunciatio

II. 4. 11

Ubifugi

Nic mundum cogitavit.

Ezech. 8. 3.